



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Lvitprandi Ticinensis Diaconi Opusculvm, De Vitis
Romanorvm Pontificvm**

Liutprandus <Cremonensis>

Mogvntiae, 1602

XXIII. S. Lvcivs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11115

LVCIUS, natione Romanus, ex patre Porphyrio, sedit annos 3. menses 3. dies 3. Fuit autem temporibus Galli & Volusiani, vsque ad Valerianum tertium, & Gallicanum. Hic primam fuit in exilio, postea ad Ecclesiam incolmis reuersus est. Demum à Valeriano capite truncatur i. Nonas Martii. Hic ordinavit Episcopos 7. presbyteros 4. diaconos 4. Hic propter maleuolos & fæcerdotū persecutiones constituit, vt 2. presbyteri & 3. diaconi Episcopum in omni loco non deserant, vt iuxta Apostolum, etiam ab his, qui foris sunt, studium habeatur bonum conseruari testimonium; quod 1. Tim. 3. in epistola quam omnib. Galliæ & Hispaniæ Episcopis destinauit, *De conf. d. 2.* apud ipsos seruari hortatus est. Constituit in eadē etiam, vt crimi- *c. inbemus.* nationes maiorum natu per alios non fiant, nisi per eos, qui crimi- *2. q. 7. c. crimi-* na intendunt, & ipsi tales, vt digni sint, & irreprehensibiles appare- *nationes.* ant, & actis publicis se omni suspicione, & inimicitiis carere do- ceant, & fidem ac conuerstationem irreprehensibilem se ducere o- stendant. Et quia hoc fieri ante quoslibet iudices interdum diffi- cile animaduertit, ad alios Ecclesiasticos iudices, vbi maior au- toritas fuerit, postulanti audientiam, non negandam esse decreuit. Item in eadem iuxta sanctorum Apostolorum, & eorum successo- rum decretum præcipiendo constituit, vt si quilibet Metropolitanus Episcopus, nisi quod ad suam solummodo pertinet parro- chiam nisi consilio & voluntate omnium prouincialium Epi- scoporum extra aliquid agere tentauerit, gradus lui periculo sub- *9. q. 3. e. nul-* liaceat, & quod egerit, irritum habeatur, & vacuum. Consensu etc- *ius.* niū & consilio solummodo omnium prouincialium Pontificum Metropolitano Episcopo licere constituit agere, & disponere de eorum causis, & Ecclesiis, & clericis, atque secularium necessitati- bus, aut de communibus quibuscunq; negotiis agi necesse fuerit. Similiter de ipsis prouincialibus statuit, vt nihil eis segregatim, aut communiter absq; Metropolitano agere liceat, nisi de his solummodo quæ ad eorū proprias parochias pertinent. Similiter Apo- stolica auctoritate præcepit, vt nullus Metropolitanus Episcopus absq; omnium suffraganeorum suorum præsentia aliquorum eorū audiat causas, alioquin irritæ erunt, & ipse causam dabit pro facto. Item præcepit, vt per singulas prouincias hoc Episcopi obseruent, ne posteriores se prioribus suis præferant, ne eis inconsultis, nisi quantum ad propriam parochiam pertinet aliquid agant, sed de

communibus eorum causis consonam sententiam proferant & determininent, quia aliter aetate nullas vires habebunt, nec Ecclesiastice reputabuntur. Item in eadem epistola de expoliatione dotis,

*17.q.4.quira-
pit.&c.omnes
raptore.* & oblationum Ecclesiarum consultus, prius multis rationibus, & multorum auctoritate hoc genus inuasionis & rapinæ sacrilegium esse ostendit, postmodum & auctoritate & decreto Prophetarum,

Apostolorum, eorumque successorum, & omnium Catholicon Patrum exemplis tales præsumptores, & Ecclesiæ raptore, atque suarum facultatum alienatores à liminibus sanctæ matris Ecclesiæ anathematizat & damnat & sacrilegos esse iudicat, & non solùm eos, sed omnes eis consentientes, quia non solùm, qui faciunt, sed etiam, qui facientibus consentiunt, rei sunt, & iudicantur. Par enim poena & agentes & consentientes comprehendet.

Rom. 1.

CAP. XXIV.

S. STEPHANVS.

A.eclvii.

** epist. 1.*

*6.q.1.c.infra-
mos.*

STEPHANVS, natione Romanus, ex patre Lobio, sedit annos 7. menses 5. dies 2. Fuit autem temporibus Valeriani, & Gallianii & Maximi, usq; ad Valerianum tertium, & Gallicanum secundum. Hic cum duobus Episcopis, & octo presbyteris, & tribus diaconis in carcerem missus, cum singulis tandem iussu Valeriani capitali sententia plectitur 4. nonas Aug. Hic ordinavit Episcopos 3. presbyteros 7. diaconos 5. Hic in epistola, a quam Episcopo Hilario misit, infames personas ad gradus sacros promouendas, & ad accusationem recipiendas esse prohibuit; Infames vero eas personas esse descripsit, quæ pro aliqua culpa qualibet notantur infamia, id est, omnes qui Christianæ legis normam abiiciunt & statuta Ecclesiastica contemnunt. Similiter fures, sacrilegos, & omnes capitalibus criminibus irretitos, sepulchrorum quoq; violatores & Apostolorum eorumque successorum, & cæterorum sanctorum Patrum religiosa statuta libenter violantes, & omnes, qui aduersus Patres armantur, similiter incæstuosos, homicidas, periuros, raptore, maleficos, veneficos, adulteros, de bellis fugientes, & qui indigna petunt sibi loca tenere, aut facultates Ecclesiæ abstrahunt iniuste, & qui fratres calumniantur, aut accusant, & non probant, vel qui contra innocentes Principum animos ad iracundiam prouocant, & omnes anathematizatos, vel pro suis scelerib. ab Ecclesia expulsos, & omnes quos Ecclesiastice, vel seculi leges infames esse pronūciant, hos omnes infames esse descripsit, hos ad sacros gradus prouehi, & ad accusationem recipi interdixit. Item seruos